



Universitätsbibliothek Paderborn

**Diatribai De Primis Veteris Frisiae Apostolis, Sive
Dissertationes, quibus eoru[m] anni, actus, res,
personae, loca, tempora in eorundem actis occurrentia,
discutiuntur, illustrantur, erroresque ab ...**

Bosschaerts, Willibrord

Mechliniae, 1650

16. De eius nominibus eorumque variatione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10958

thorum Ultraiectum vrbs fuerit, verisimile est prius vel tanquam urbem siue oppidum claruisse, & quidem ob aquas Rhenanas mercatu nobile. Huius verisimilitudinem adiudicant nobis dicti Hortensius & Heda supra. Quando autem cœperit habitari, nimis incertum, aut quando vrbs facta, præter superiores opiniones nihil restat quod adferam.

D I S S E R T A T I O N E

De eius nominibus eorumque variatione.

Sicuti Prouinciae sæpe vocabula variarunt, ita & vrbes siue oppida, idque varijs ex occasionibus: vt à situ, conditore, instauratore, victore, Dominatore &c. Antoninam ab initio vrbē eam fuisse appellatā, apud Authores constare asserit Hortensius & sic vocatam esse reliqui Authores tanquam certum habent. Unicus quem vidi Pontus Heuterus lib. 2. De veteri & nouo Belgio cap. 9. dubius est hisce verbis: *Lambertus Hortensius aliquando dictum vult Ultraiectum Antoninam, sed id mihi rationibus non satis firmis, nec recepti Scriptoris testimonio comprobatur.*

Admisso Antoninam nonnumquam dictum, varietas rursum est à quonam illud nomen profluxerit Hortensius vero proprius esse censet ab Antonio Triumviro Cesaris Iulij in Galliis collegā, de quo supra. Heda verosimilius putat nomen istud sortitum ab Antonia Drusi coniuge: aut ab Antonia vxore L. Domitij ex Octavia sorore Augusti genita: aut Antonia matre Claudij filii Drusi Germanici, veluti ab Agrippina, Colonia Agrippina: à Druso eius patre, fossa Drusiana: à Flauio Fratre Arminij Fleuum Castrum: à Vipsania Marci Agrippæ filia, Vespæ: ab Al-

H 2. phego

60 **DE PRIMIS VETERIS FRISIÆ APOSTOLIS**
phego, Alphen: ab Aspernate, Asperen: à Vetere, Ca-
stra vetera, licet Castra vetera fuere tempore Cæsaris &
cetera id genus nomina sortita, quorū adhuc sunt vestigia,
inquit idem.

Certum est posteriori tempore dictum fuisse Traiec-
tum, Vitraiectum, Wiltaburgum, Viltaburgum, Wul-
taburgum, quæ quatuor idem non esse existimo, nec ab
eodem fonte, quamvis incerto ortu. Wiltaburgum dictum
volunt à Wiltis, qui Batauiam cum vicinis ditionibus e-
iectis Romanis occuparint, & Traiecti arcem ædificarint
vel insederint à se sic vocatam. Verum hoc refellit Heda:
quare Traiectum maullt Vlpium potius quam Wiltorum
dici: Wiltos enim, qui & Sclavi seu Velatabi dicuntur,
vna cum Saxonibus incursions illuc fecisse non abnegat,
sed pedem fixisse inficiatur. Dousa tamen l. 6. Annal. tenet
Wiltos in Batauicis consedisse & arces cōdidisse. de ea ori-
ginatione hanc adfert censurā Heuterus supra: *Sunt inquit,*
qui Ultraiectum dictum volunt à Wilt ac Drecht / quod Wiltorum
olim gens Batauia cum vicinis ditionibus eiectis Romanis oceuparit.
Verum id quidē esse, sed unde venerint discere nondū posui. Suffri-
do enim nec hic fido. *Sunt enim qui eos, non sine probabilic conjectura, è*
vocis etymo de sumpta hac de causa vocatos Wiltos velint, quod unde
venissent nemini constaret, ac si dicas Wilt-volck / quod significat
homines silvestres ac ignotos. *Drecht* veteri Gallorum lingua oppi-
dum significare volunt, ac proinde sonare *Wiltedrecht* Wiltorum
urbem affirmant, corruptumq; id primum in *Drechte*, ac tandem in
Utrecht. Petrus Bertius affirmat *Drecht* siue *Trech* Ba-
tauis significare forum. Vnde *Haestrecht* / *Herendrecht* /
Papendrecht / *Barendrecht* &c. Indeque oppidum Ultraie-
ctum nominari, vt in Italia forum Cornelij, Iulij, Liuij.
Vnde autem nomen Ultraiectum siue Utrecht quod modo
retinet, originem nanciscatur, pariter est incertum. Vnam
opinio-

opinionem iam diximus. Aliorum est qui Vlpia Tricesimam legionem, vbi nunc est Ultraiectum, olim hibernantem, ac à Ptolomeo memoratam, nomen Ultraiecto dedisse autem, facile duabus vocibus, aliquot elisis litteris in unum coeuntibus ac ex Vlpia tricesima Utrecht ac Wtrecht confidentes. Ethinc etiam aliqui nomine Utrechtum Ultraiecto cudent, sed abusiuè. Heda suprà verius credit ab Vlpio Traiano Augusto instauratore Ultraiectum quasi Vlpium Traiectum fuisse nuncupatum. Illum enim, teste Sexto Aurelio, collapsam urbem ædificijs restaurasse, & iuxta Eutropium urbem trans Rhenum in Germania reparauisse, à quo & multa loca nomen sumptere, veluti forum Vlpium, forum Traianum Traianopolis & in Galliis circa Rhenum Colonia Traiana & Castro Vlpia quæ fuerunt legionis Tricesimæ apud Ptolomæum, ut in itinerario Antonini Imperatoris legitur. Addit tamen idem Heda, non abs re, Ultraiectum à Balderico Episcopo fuisse dictum, quasi Traiectum ultra Rheum (mutatis scilicet nomine & originatione) quod urbem à Normannis euersam ad Rhenum instaurarit, Rhenumque ponte strauerit. Hortensius Ultraiectū, siue Traiectum (quod Gallicam vocem esse interpretatur Beda) à traicioendo vocatam esse existimat: nam cum ostium Rheni mercatorum frequentiā esset nobile, compendio in Gallias & obiectas Oceano insulas prono alueo inde soluentibus traiectus cursusq; patebat, qui postea in Leccæ ripam miliare ab urbe submotus, priutinum vocabulum & usum retinet. Nihilominus repudiat illam nomenclaturam Petrus Montanus, eo quod, inquit, Wultaburgum ad Rheni ripam supra Traiectum ad duo vel amplius passuum millia sedisse, res ipsa loquatur.

Vane commentatur quidam Amandus Ziriczeus Ultra-

H 3 iectum

62 DE PRIMIS VETERIS FRISIÆ APOSTOLIS
iectum esse natum siue extractum ex Traiecto / ad Mosam
scilicet) ac inde dici **Wtrecht** quasi **Wpt Trecht** id est ex
(**wt**) aut extractum & quasi extensum ex **Trech**, ad Mosam.
Certè talem Patrem, Matrem, talē genituram, educturam
numquam agnouit nobile Ultraiectum. Et vnde habet
Traiectum Mosæ esse prius & antiquius Ultraiecto? Ego
contrarium potius adstruxero.

Non à vero abiturus mihi videtur, qui **Utrecht** opinatur
sonare & idem esse, quod **Oudrecht** id est **vetus Traiectum** respectu **Traiecti** ad Mosam natu iunioris. nam in
antiquis diplomatibus Imperatorum & Principum, quæ
profert Heda per pluria sæcula, quod modo vocatur **Traiectum**, sepissimè & ordinarie appellatur **vetus Traiectum**,
numquam **Ultraiectum**. Vnde meritò suspicari est ex **Oudrecht** fluxisse **Utrecht** molliori nomenclaturā aut (forsan
à Gallis) **Gulstrecht** / & inde **Ultraiectum** & **Utrecht**.

Quidquid de dictis opinionibus sit (nam plus immorari non lubet ne cum Aristophanæo Socrate audiam
ἰερεὺς τῶν λεπτάτων ληγῶν, (id est Sacerdos tenuissi-
marum nugarum) modo appellatur **Traiectum**, **Ultraiectum**, & ad distinctionem **Traiecti** ad Mosam, **Traiectum**
ad Rhenum, **Rhenotraiectum**, **Traiectum inferius**. quarum
urbium distinctionem optandum solerius obseruas-
sent externi nostratiū rerum Scriptores, loca eorumq;
Episcopos, res gestas, præ ignorantia confudentium non
sine Alitheæ vulnere, vt Volaterranus Commentariorum
lib. 7. aiens Sanctum Lambertum & Sanctum Seruatiū
fuisse Episcopos Ultraiectinos: & Texera S. Seruatiū
transtulisse sedem Tungrorum Ultraiectum.

DISSERT.